



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

Quæstio 1. Quem potum Christo exhibuerunt?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

& sanctus malefico: um, supplicij in famaretur, sanguine & ossib. contaminaretur. Mosis tempore mons ille notissimus fuit, Nam Abraham montem appellavit, *Dominus vid. 1. Gen. 22. 14.* Unde vsq; hodie dicitur: *In monte Dominus videbitur*, ut est eodem loco. Stigmat ille mons fuit ita celebratus, non puto Golgotha fuisse.

VERSUS 34.

Et dederunt ei vinum bibere cum felle mistum. Et cum gustasset, noluit bibere.

QUESTIO I.

Quem potum Christo exhibuerunt?

§ 1. Diversitas inter Evangelistas nonnulla videtur esse. Matthæi verba: *Et dederunt ei vinum bibere cum felle mistum*, & cum gustasset noluit bibere.

Leitio diversa. Marci 15. 23. *Et dabant ei bibere myrrhæ vinum*, & non acetum. De eodem tempore loquuntur uterque Evangelista, ut omnino videatur idem vinum cum felle mistum & myrrhatum. Apud Matth. in Græco est, *ὄξυς* acutus quidam tamen libri habet, non *ὄξυς*, sed *ὄξυς*, alii tamen libri habent *ὄξυς* plerique.

§ 2. Satis inter omnes convenit, initio cum Dominus crucifigendus esset, potum ipsi oblatum. Deinde cum clamasset *Eli eli lama sabachthani*. v. 46 & apud Ioannem, cum dixit *Si is*, quod eodem fere tempore contigit, & videtur, cum dixisset *ἐλὶ ἐλὶ*, mox subiecit, *σι*. Crebris etiam sua sponte milites acetum obtulerunt Luc. 26. *Illudabant autem ei, & milites accedentes, & acetum offerentes ei, & dicentes: si tu rex Iudaorum, saluum te fac.* Syrus habet *כדור* quod est acetum, & dactylus immaturus. Vocatur autem *כדור* non modo verum acetum, sed etiam vinum acescens seu vappa, quod linguam mordeat. Sic Horatium intelligo.

Vappa acetum. *Si positis intus Chij, veterisq; phaleri mille cadis, (nihil est, trecentum millibus) acre potet acetum.*

Acetum enim seu vinum acre & acerosum opponit Chijo & Phalerno. Vappam etiam potare plebei solebant. *Mula prolutus vappa* apud eundem dicitur nauta. dicitur illa etiam græcis *ὄξυς*. Dederunt ergo vinum, seu vappam cum felle mistum. Nam preciosum vinum nihil opus esse putabant felle corrumpere.

§ 2. An idem potus fuerit, vinum felle mistum, & vinum myrrhatum, magna disputatio est, præsertim post editos & reculos Baronij annales. Deinde an vinum myrrhatum fuerit suave, an amarum?

Constat sanè vinum myrrhatum, gratam fuisse positionem.

Si calidum potas, ardensi myrrha phalerno convenit, & mel oris fapor inde mero.

Plinius lib. 4. c. 13. de myrrhino vino hæc habet. *Myrrhæ. s.* [Lauissima apud præcos vina erant, myrrhæ odore condita, ut apparet in Plauti fabulâ, quæ Persa inferibitur, quamquam in eâ & calamum addi iubet. ideo quidam aromaticè delectatos maxime credunt. Sed Fabius Dorsenus his verbis decernit. Mittebam vinum pulchrum myrrhinum: Et in Acharistione. Pannem & Polentam, vinum myrrhinum. Scauolam quoque & Zethum & Atteium Capironem in eadem sententia fuisse video, quoniam in Pseudolo sit.

Quod si opus est, ut dulce promas

Indidem & quicquid habet? rogas?

Murrhinam, passum, defrutum, mella.

Quibus apparet non inter vina modo murrhinam, sed inter dulcia quoque nominatum.]

Vinum myrrhinum saporem è murrhinis potioribus traheret, ideo & illa in precio erant. Romam aduclat sunt triumpho Pompeij. Plin. lib. 37. c. 2. [Eadem victoria primum in urbem murrhina induxit: primumque Pompeius sex pocula ex eo triumpho Capitolino Ioui dicauit: quæ protinus ad hominum usum transire, ab acis etiam escatisque vasis inde expectis. Excreuitque indies eius rei luxus murrhino octoginta festiis empto, capaci plane ad sextarios tres calice. Potant ex eo ante hos annos Consularis, ob amorem obroso eius margine, ut tamen iniuria illa pretium augeret: neque est hodie murrhini alterius præstantior indicatura. Idem in reliquis generis eius, quantum vorauerit, licet existimare ex multitudine, quæ tanta fuit, ut auferente liberis eius Nerone, Domitio theatrum peculiare trans Tiberim hortis exposita occuparent: quod à populo impleri canentis, dum Pompeiano præiudicet, etiam Neroni lassaretur, qui vidit tunc, annumerari vnius Scyphistæ etiam membra, quæ in dolore credo seculi inuidamque fortunæ tanquam Alexandri Magni, corpus in conditorio seruari, ut ostentarentur, placebat. T. Petronius Consularis moriturus, inuidia Neronis principis, ut mensam eius exharedaret, trullam murrhinam trecentis festiis emptam fregit, sed Nero ut parceret principem vicit omnes trecentis festiis capidem vnam parando. Memoranda res, tanti imperatorem, parremque patriæ bibisse.]

§ 3. Michael Mercatus Benzui ita existimat, eumque Baronius sequitur. Qui etiam addit materiam ex myrrhâ incisa stillantem concrefcere, & in vasa canari. at longe aliter Plinius lib. 37. c. 2. [Oriens myrrhina mittit. Inueniuntur enim ibi in prunis locis nec insignibus, maxime Parthici regni, præcipue tamen in Carnania, Humorem putant sub terrâ calore dentari. Amplitudine nusquam paruos excedunt abacos crassitudine raro, quanta dictum est vasis potioris splendor his sine vitibus, nitoreque verius quam splendor. Sed in pretio varietas cælorum subinde circumagentibus le maculis in purpuram candoreque & tertio ex utroque ignoscens, velut per transitum coloris purpura rubescens, aut lacte candescens. Sunt qui maxime in iis laudet extremitates, & quodam colorum percussus, quales in cælesti arcu spectantur. His maculæ pingues placent translucere quæque aut pallere vitium est. Item sales Verrucæ que non eminentes, sed ut in corpore etiam plerumque scissiles. aliqua & in odore commendatio est.]

Plinius quidem famâ solâ motus hoc refert. Interim esse ex myrrhæ incisuris manantē ita tamen non adducor ut credam. Nam idem ille Mercatus fictilia vasa esse concedit, idque ex Propertio docet. *Myrrhæque in Parthis pocula cocta focis.* & Arrianus de navigatione rubri maris diospoli fieri asserit.

Plinij opinionem defendere nihil opus est, cum ipse incertus sit, multo magis incertus fuit Propertius tanto ante Plinium. Sed Mercati sententiæ eius rationibus, quam firmare illam conatur, refellunt.

Fictilia esse vasa asseruerat, & ex lacrymâ myrrhæ materiam esse. At materia illa resinosa, pinguis, lenta non est, apta suffusionibus, ignibus liquitur, ut thus, melle, stix, cæteraque eiusmodi. Non igitur fornacibus coqui, sed frigore stipari necesse est.

Deinde coctilia illa, & signata opera dum vix ignium lapidescunt, & durant in solidissima corpore odorem amittunt: quod experientia docet, & si forte id in omnibus locum non haberet, tamen non potest inficiari Mercatus, qui negat, lapidum esse vllum odorem.

Sed tamen Gale. l. 1. c. 19 Myrrham ait largius haustā, delictum aut mortem adferre. Et Dioscorides l. 1. c. 77 Δύο δ' ἔχει θεράπειαν, ἑκατέρωθεν ἐν μέρει, καὶ ὁμοῦν, καὶ ἀντιπαραπομπῇ. Vnde habet calefaciendi, fluxum sistendi, soporem inducendi, conglutinandi, siccatili, astringendi. καὶ ὁμοῦν carotica vis, non est somni simpliciter, sed grauis veterni, seu lethargi, qui motum & sensum anterat. Frater est apoplexiæ, & καλοχῆς. Vide Gal. 33. Method. l. 4. de locis affect. At quomodo soporem quæ ex humido, ac frigidus originem habet myrrha efficit, cum calefaciat, siccet, altringat, sistat fluxiones. Facilis est et naturalis philosophia solutio. Myrrhā largius sumptam, calefactione nimium celeri & magnā solvere humeros: nam habet vim μαλακτικὴν vt docet Dioscor. l. 1. c. 78 & c. 77 μαλακτικὴν ἔχει μύρραν. Emollis primum, ἀγχοῦ ἔμμελιν, & ἐμμελινὰ συνίσταται. Ideo addit: λαμβάνειν ἢ ἀντὶ καταποτίει μέγιστον κρύμα, πρὸς βίαν, ῥῆσιν, ἢ ὀρθόπνοιαν, ἢ πλῆθος πόρον, ἢ βραχὺς, λυσιν τε κελίας, ἢ δυσεντερίας. λυεῖ ἢ ῥῆσιν, ὅταν πρὸς πεπρωμένα, πρὸς δὲ ὀρώς τῆς ἐπιβολῆς, μὴ πεπρωμένα, ἢ ὅταν πρὸς μέγιστον κρύμα ποδῶν, ἀντὶ τῆς κατὰ τὴν γαστρίδα καὶ τοῦ σπένδαυτος ἀποκαθίστησιν.

Cum igitur largius sumpta calore suo resoluat catarrhos, & emolliat, illi subito delati, arterias quæ Carotides appellantur, cum nervis adiunctis opprimunt, atque ita carum efficiunt. Quod si modica illi sumpta, calefacit sensum, & per minimas particulas resoluunt, simulque eodem calore desiccant. Eadem etiam vino inest efficacia. Si enim modice bibatur, ceberum purgat, cruditates decoquit.

De vino Dioscor. lib. 5. c. 11. Κινεῖ δὲ πᾶς ἀμύγδαλος ὁ ὅς ἐστιν ἀνέμενος, αὐτὸς ὅς τ' ὅσον θεράπειαν δίδωκεν, ὅτι, ἀντιπαραπομπῇ, ὀρεκτικὸς, ὀρεπτικὸς, ὑποποιστικός, ῥῆσιν, ἀγχοῦ, ἢ ὀρθόπνοιαν, ἢ πλῆθος πόρον, ἢ βραχὺς, λυσιν τε κελίας, ἢ δυσεντερίας. Id est, In vniuersum vinum omne metatum & sincerum ac suā naturā auferunt, exalcat, facile in membra distribuitur, stomacho coaduenit, appetentiam ciborum inuitat, corpus alit, somnum conciliat, robur auget, & colorem commendat. Et eodem capite. Optime vero præcipitur, vt ne sitis immodica toleretur, & tantum portionis adhibeatur, quantum proluendi cibus sit. Siquidem ebrietas omnis maximèque iugis, frequentior perniciosa. Enimvero largior perpotatio nervos obfessus indies remittere, morborumque acutorum initia quotidie introducere consuevit.

§. 7. Vini igitur illam habet & vinum, & myrrha, quæ coniunguntur, nunctis facile subsidij carum inducunt. Non tamen eum finem fuisse constat, vt dolorem cruciatibus minuerent: Ideo enim in crucem agebantur, vt diu morerentur, & mori sese sentirent. Cuius Neclatones caro & veterino oppressi marcebant. Omnes enim historiarum, quæ de crucifixis leguntur, ostendunt supplicia illis vndique aucta, & conquisita, non autem mitigata fuisse. Hoc ex ipso Baronio facile probauerunt, nulla quæ de aceto doctissime disserit perpendamus. [Vt igitur de hoc primum agamus virtutem à natura intrinsecam esse aceto sistendi sanguinem tantum, hyslopum simul & spongiam inhære, pluribus in locis testatur Plinius: cuius est imprimis locus egregius, & ad rem de qua agimus valde accommodatus, cum ait, acetum fasciculo hyslopi conditum sistendi sanguinis vim quandam, & efficaciam habere, siue spongiam superponatur, siue ad potandum detur: tribuit & Dioscorides eandem acetum virtutem cum ait, Acetum erumpentem vnde cunctis sanguinem potu sistit. Si vero acetum iunctum hyslopo: maiorem inde haurire efficaciam ad sistendum sanguinem ex clauorum vulneribus maiorem, cum pendenti in cruce spongiam superarunt.]

Adami Conzen in Euang. Tom I.

dinem affixa admoventur, iure dici posse videtur. hæc quod ad potum pertinet. Verum non potum tantum, sed earundem rerum applicatione, & facta vulneribus admotione, eadem hæc ipsa præstari solebant. De spongia quidem cum loquitur Plinius, hæc ait: veteres Spongiæ conglutinant vulnera. & paulo post: spongiis utilissimè vulnera videntur: ac rursum: ipsæ inflammationibus vulnerum ponuntur nunc sicca, nunc aceto conpersa. ac denique sanguinis profluuium sistunt ex aceto, vel frigida. His autem quæ scribit Plinius, antiquus rei vsus consentit: siquidem mos erat, vt gladiatori vulnerato, ad siccandum fluentem sanguinem spongia continuo ministraretur.

Vnde Tertullianus in libro de spectaculis, de his mentionem habens, sic ait: poterit & de misericordia moueri defixus in morsu Vrsorum, & spongiæ retiariorum. Id ipsum & in marmoribus nobiliter sculptis vidimus, nimirum Adonidi ab apro center vulnerato, continuo à ministro quopiam admotam spongiam, ac vulnere superpositam, vt fluentem cruorem sisteret. Habentur hæc in antiquo Sarcophago ea historia egregiè admodum effigata, quod Romæ asseruatur in ædibus Tyberij Ceuoli, via triumphali. Sic igitur (vt ad rem, cuius causa huiusmodi est suscepta digressio, redeamus) ex industria omnia potiora medicamenta, quæ sanguinem sisterent, à Iudæis parari solita, cum quis cruci affigeretur, satis superque demonstratum esse videtur, elucidatumque quod ait Ioannes: vas ergo erat positum aceto plenum. Illi autem spongiam plenam aceto hyslopo circumponentes, obtulerunt ori eius. in quo & magis veritati consentaneum esse videtur, quod ex græco textu colligitur, & ex Theophylacto, qui hunc locum est interpretatus, acetum illud hyslopo fuisse permixtum, atque conditum, sicque ex aceto & hyslopo spongiam fuisse imbutam, atque arundini affixam, ad potum Domino propinandum.

Cæterum medicamentum illud sic compositum, non potius causa præcipue fuisse institutum putamus, sed magis, vt eo sic infusa spongia recentibus admotæ vulneribus fluentem largiter sanguinem continuo sisteret. Est & eius rei coniectura non leuis: quia (vt accepi ab his qui eam viderunt) spongia, qua potatus est Dominus Iesus Christus, quæ vsque hodie summo honore asseruatur Romæ in Basilica Lateranensi quasi aliquando sanguine tincta fuisset, ruborem quandam adhuc retinet, quem semel imbibisset: sicque putamus madidam prius sanguine spongiam, atque pressam aceto, postea & hyslopo superinfusam (prò scelus) sacratissimo omni Domini propinatam.] Hæc q. Baronius.

Si igitur acetum, hyslopum, spongia aderant sistendo sanguini, vitæque producendæ ad longiores cruciatus, & crucifragium, non fuit igitur misericordia, & lenitatis offerre myrrhinum vinum. Hæc enim non Christo tantum, sed & latronibus parata erant ex more. Acetum autem dederunt bibere, & τὸ ἐνυβρίσας, inquit Chrysostomus. Et hoc, contumeliam adferentes.

§. 8. Duæ ergo myrrhinæ dandæ iam causæ refutatae sunt. Non enim solatiij, aut torporis inducendi gratiâ preciosum vinum propinatur morturo Domino.

Aliam vero causam non inuenio, nisi, quam ipsa Ad vigorem, odium Iudæorum, militum seuitia, mors cruciatus restituendos tractandi suggerit. Nempe vires, animumque myrrad grauiora supplicia ferenda firmaret, ne deliquio, rhatum aut imbecillitate ita obtorpescerent rei, vt sentire, & datur.

tortmentis suis vexari non possent. Etenim cum

Bbb multi

multi solo tormentorum aspectu linquantur animo, idque post vigiliis, vexationesque nocturnas, flagellationemque, & qui secuti sunt, labores, vererenturque ne id Christo contingeret: quem cruci ferenda imparem viderant, omnino excitare spiritus & augere voluerunt vino, & myrrha indita, ne sensus obstupescerent, & fructus crudelitatis interiret. Ad odorem autem vini, & praesertim myrrathi, vita & spiritus fessis, animoque defectis redire solet. In quem usum etiam acetum & hyssopum apposita auctor est inter alios Baronius.

*Fel crudeli
ludibrio
arsum.*

§. 9. Quam etiam solet, cur fel potioni indiderint. Ludibrio Christum veluti Deum fictitium, Dei filium felle potarunt, & cruciatus augendi causa.

Ludibrium in offerendo felle acerbum fuit. Nam Deum esse talem testabantur, cui nihil nisi teicetium, & sordidum sit offerendum. Querelam iocularem deorum ex Pherecrate adducit Clemens Stromatum 7. & addit: *μενα δὲ τὴν ὁσὺν ὁ κερὸν πεποιμένος, τὴν χαλὴν, ὅσα αὐτὸ βλάπτει, οὗτοι τοὶ θεοὶ ἐπὶ δέντροις αὐτοὶ τὰ εἶδη ἀναλίσκουσιν.* Menander etiam scripsit: cum summum lumbum, fel, ossa quae comedi non possunt, diis imposuerunt, ipsi alia consumunt. Stultum autem iudicabant etiam ipsorum sapientes: *τὸς θεὸς ὅσων ἀσάρκων, & χαλῆς περιμένει, & ὅσων πενὴν ὀνὴ βλάπτει, χαλκὸν ἀπείτη: Deos gaudere fraude ossium nudorum, & fellis igniti, quae ne canes quidem elurientes vorare possunt.*

Talligitur Deo vinum libant, & myrrham, sed ut sacrificio contumeliam adferant fellis amarore omnia corrumpunt. Fellis enim amaritum potus habet, gustum & omnia contristantem, siccantem, sedimentum est enim putissimi sanguinis, folliculo, quem *χολή* appellant, comprehensum: minimam parte cibos, porumque amarum efficit. Diis quandoque offerebatur per ludibrium, ut huius vitae labores indicaretur, fel enim vitae symbolum esse docet Caelius 1.28. c.27. Fel etiam calfacit, ut Dioscorid. 1.2. c.96. *πῶς χαλὴ δὲ μὲν & δευτέρως.* Omne fel acre, & calfacit. Fatigato igitur Domino, sudore, flagellatione exhausto ardor viscera vrebat, quocirca ingenti siti tortus exclamavit: Sitio. Cuius cum multa essent caulae, non minima etiam in fellis ardore futura fuisset. Omne autem fel venenum est, *πείνημα & σπικιδάρος τὴν τροφὴν ἐναντία, ut habet Aristot. 1.4. c.2. de partibus animalium.* Plin. lib. 11. c.37. Athena eius contactu nigrescere, ait: ne quis miretur id venenum esse serpentium. Maximum autem in eo virus esse demonstrat, *Fella tincta semina mures fugiunt.* Fellis in medicina usum praestantissimum docet Plinius lib. 28. cap.9. *Vis eius exalface-re, mordere, scindere, extrahere, discutere.* Itaque omni modo torquendi occasionem exquirunt, & Dominus patientiae documenta ostendit. Cetera de crucifixione, suppedaneis, aliisque legi possunt apud Gregerum, & Lipsium.

*Acetum
sanguinem
fistit.*

Hoc moneo errare, qui acetum datum ad sanguinem celerius egerendum dixerunt. Aceti est sanguinem sistere. Plin. lib. 23. c.15. *[Aceto summa vis est in refrigerando, non tamen minor in discutendo: ita sit ut infusum reita spumat.]* Dictum est saepius, diciturque quoties cum alijs prosit. Per se haustum fastidia discutit, singultus cohibet, sternutamenta olfactu. Vim in balneis astus arceat, si contineatur ore. Quin & cum aqua bibitur. Multorum stomacho vtiliter gargarizatur, cum eadem conualescentium, & a Solis ardoribus. Oculis quoque illo modo saluberrimum. Plurimum fori medetur post vredines. Item lepris, furfuribus, huiusmodi manantibus, canis moribus, Scorpionum ictibus, scolopendarum, muris aranei, contra omnium aculeatorum venena, & pruritus. Item contra multipede mortuum. Calidum in spon-

gia appositum, adiecto Sulphuris Sextante, Sextantis tribus acceti aut hyssopi fasciculo, medetur Sedis vitii. In sanguinis fluxione post excisos calculos, & omnia alia, foris in spongia appositum, intus potum Cyathis binis quam acetum, Conglobatum utque sanguinem discutit. Contra lichenas & bibitur & imponitur.]

VERSUS 35.36.

Postquam autem crucifixerunt eum diuenerunt vestimenta eius, sortem mittentes: ut adimpleretur quod dictum est per prophetam dicens: Diuenerunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem. Et sedentes servabant eum.

QUESTIO I.

Quomodo diuenerunt vestes?

§. 1. **V**estes diuidunt, & sedentes servabant eum, in graeco textu additur *ἐκεί, illis.* Tunicam inconsutilem non scindunt, sed fortuitur, cuius sit. Ioan. 19. 18. Hoc loco *ἵμνηστος* togae est nam pallium ante detractum fuit. Citatio Scripturae ex Plin. 19. multis non est, nec est in manuscripto Mofsement. Tunicam inconsutilem Patres & interpretes omnes interpretantur, Ecclesiam quae scindenda non est, quae optime seruatur etiam sub potestate militum & regum impiorum, modo ne scindatur. Isidorus Pelusiota 1.1. Epist. 74. Quis autem vestis illius vilitatem ignorat? ut quae Galileorum pauperes vtantur: apud eos enim maxime eiusmodi genus vestis fieri solet, arte quadam, ut peccatoralia, retractum consutum.

§. 2. Bullingerus catholicos irridet, quod honorifice vestem Domini afferrent. *[Hoc fuit spoliolum le-sus voluit esse penes milites: apud nos, qui nomen illius phitemur, nihil voluit esse sui carnale. Spiritu, fide & dilectione apud nos retinetur totus, sicut ipse dicit Ioan. 14. Vestem non adoratur neque colitur. Et sancti milites sunt, qui hodie aunt se custodire Tunicam Saluatoris, & militatarii quidem illa vtuntur, dentur dantes parum integros ac simpliciores in fide.]* *Abba man phedri Marcen alfo mir Kolben ju sausen.* Tamen enim certo constaret, illam esse, quae dicitur, Togae Saluatoris, neutriquam tamen erat colenda. Nam cum nihil sit incertius, nihil vnquam stultius vel a superstitionis factum est, quam quod nunc sit ab illis nescio cuius togae adoratoribus cultusque.]

Augusta Treuirorum vestis illa custoditur, non adoratur, non colitur tanquam Deus; nec amittitur, tenetur, verum a sacerdotibus. Honorifice asservatur ut monumentum redemptoris, in eius custodia Deus ipse colitur: ut etiam amicus in tanemofno. Non enim res inanimata sua natura, sed relatione ad Deum honorari censetur, ut corona regis, non quia aurum est, sed quia insignis potestatis. Nam & illis instrumentis ad miracula Deus uti dignatus est, ut Matth. 9. Marci 5. Luca 8. Matth. 24. Act. 5. & 19. Ipsi terra sancta miraculis clauit.

Augustinus libro 22. de ciuitate Dei cap. 8. *Acciperat autem ab amico suo terram sanctam de Hierosolymis allatam, ubi sepultus Christus die tertio resurrexit: camque suspenderat in cubiculo suo, ne quid mali etiam suspenderetur. At ubi domus eius ab illa infestatione purgata fuisset, quid*